Sereniſs.^mo Rex   R. 23 Junii 1601 etc

45

N 13.

literas Maiestatis V.re datas die 13. Mensis Nouembris proximi preteriti accepi, et ex iis intellexi quod a me Maiestas V.ra petit pro Nicolao Sergardi Nobili Senen. et subdito meo in coadiutorem Ep.i Massani patrui sui eligendo, qua in re, ut Maiestatis V.re commendationem magni facio, ut par est, ita etiam ero auxilio et fauori ut gratiam predictam consequatur. Nouerit tamen Maiestas V.ra negocium hoc tempore adeo esse in Italia difficile, ut nullum antea in hoc Pontificatu fuerit exemplum, et forsan per liberam resignationem facilius intentum assequetur. Ceterum eiusdem Nicolai personam in Maiestatis V.re gratiam ut commendatam habebo, sic propensum animi mei studium erga Maiestatem V.ram spondeo et polliceor, et eius manus deosculor, et eam Deus incolumem et felicem conseruet. Dat. Florentie die XXIIJ. Mens. Junij. M.DCI.

Maiestatis V.re

studiosiſsimus

Fer. Mag. Dux Etr.^e

48

Seren.^{mo} Polloniȩ Sueciȩ et c.

Regi. c.

Aufs Dny [illegible]